

Ad Missæ celebrationem, rursus sacramento fidei conuocata, perlectis & diligenter animaduersis superioribus erroribus, communi omnium doctorum calculo conclusum est prædicta Biblia, Nouum testamentum, Psalterium, siue librum Psalmorum Dauidis cum annotationibus ex Hebræorum commentariis seorsim excusum, atque Indices dictorum Bibliorum iuxta designatum sui temporis annum, ob errores & hæreses in eis contentas, suppressione digna, atque in communem librorum reprobatorum catalogum reponenda. Datū Parisiis apud sanctum Mathurinū decima quinta die Maii. M. D. XLVIII.

*Tribueret fortè quispiã alius stultæ affectationi, quòd paucorum hominum conciliū appellat comitia. Ego proprie locutos puto. Nam ubi comitia sua habuit Pop. Romanus, olim septuaginta fuerant. Pecudes ergo istas coire mirum non est, ut fætus genere suo dignos producant. Utinã modò oues essent: sed truces bestie sunt, stabulum ouium præterius & fas occupantes.*

*q.iiij.*